Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de decem praeceptis - Cod. Aug. pap. 51

Henricus <de Frimaria>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Secundum praeceptum

urn:nbn:de:bsz:31-87058

Visual Library

supsticiose seruando verā fidē debiliter tenendo et eam nō p vitalia
opa exercendo vel q̄ articulos negligenter addiscendo Itē de secūda
expōne sed in aliquo bono creato spem tuā posuisti si pnimium solliti
tudinē spem tuā a diuina puidencia subtraxisti et si aliquos verbo
vel exemplo a spe diuini adiutorij retraxisti vel si in ecclia spe salu
tis et diuini suffragij nō orasti sed pocius psūmitte vel vtilitate
aliqua corpali Itē de tercia Si aliqd ꝯtra deū dilexisti vel eciā
si acciones tuas pse in eius honore nō ordinasti vel si vitā tuā
exemplari sue dilectōis nō ꝯformasti et breuiter qͥcqͥd contra
caritatē deliquisti Ex quibus ꝯ patere potest quā neccīū sit cuili
bet ad discretū ꝯfessorē recurrere p quē de p̄dcis plenius vale
at informari Secundum preceptū attende
Secundū preceptū est Non assumes nomen dei in vanū Vbi
s'm augustinū phibetur iuramentū friuolū ꝯ eciā piurium
vterqꝫ enī et qui pricipio iurat et qui falso iurat assumit no
men dei in vanū qꝛ p̄mus sīn cā nominat sūmā veritatē Secūdus
autē nominatā eam ꝯtempnit peiorando Et hoc p̄ceptū tripli
exponit̃ p̄mo m̄ de transgressione iuramenti vt sit sensus
Non assumes nomen dei tui in vanū Execrabilit̃ s' iurando vel
eciā peiorando Circa qꝫ tria sunt p ordinē declaranda p̄mū
est qualit̃ et quibꝫ modis istud p̄ceptū male iurando violetur
Secūdū est que sunt attendenda in hoc qꝫ aliquis licite et sine pccō
possit iurare vel iuramentū recipe Tercio videndū est que sunt
illa p que quis a reatu piurij merito retrahatur Circa p̄mū
est sciendū qꝫ nomē dei in vanū assumit̃ male iurando tripli
p̄mo quidē iurando vane et multipliciter vel inutiliter et hoc
fit diuinā veritatē sine cā nominando vel obtestando Secūdo
iurando dolose et fraudulenter vt in contractibꝫ proximū tuum
decipiendo et iurando rem tuā esse meliorē quā sit vel qꝫ plus
tibi ꝯsteterit quā fecerit Tercio iurando temerarie et prima
citer qꝫ iterū fit tribꝫ modis p̄mo execrabiliter iurando vt
cū aliquis iurat p intestina dei vel p pulmonē dei Secūdo irre
uerenter iurando vt cū quis sine cā iurat p v. vulnera xpi
hec enī iuramenta quantūcūqꝫ sint vera tn̄ p̄mū sonat
in dei blasphemiā eo qꝫ aliqd deo ascribit qd sue dignitati nō con
uenit Secūdū autē sonat in dei irreuerenciā qꝛ magna est deo
irreuerencia sua vulnera p̄ciosa in vanū assumere Inde
nobis tota salus effluxit Ideo si talia iuramenta ex delibe

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

(i)rrisione fiunt sunt peccata mortalia preter quam in quibusdam terminis. Talia iuramenta sic sunt restricta quod quicumque in talibus offendit ante vel digitum vel quamque linguam perdit. Si autem talia fiunt ex cursu lingwe et indeliberate sunt venialia sicut et primi motus infidelitatis. Tercio scienter periurando et nominatim divinam primo contempnendo. Et secundum theologos et iuristas contingit quatuor modis et quolibet eorum periurium committitur. Primo modo cum quis scienter falsum iurat et hoc semper est peccatum mortale. Secus si ignoranter hoc fiat putans esse verum quod iurat. Et non tantum qui periurat sed eciam ille qui plena voluntate disposuit periurare eciam antequam periuret videtur periurus censendus quod deus non iudicat ex operibus sed ex cogitacionibus ut patet xxii q. ii. Sciendum tamen quod periurium sollempnizatum et deliberatum est peccatum mortalissimum. Unde per tres digitos quos ponit super sanctos significatur quod corpus et animam et res sive famam dat in potestatem dyaboli. Deliberatum eciam iuramentum licet non sollempnizatum si tamen seriose iuret et plene deliberet tantum est peccatum mortale. Si autem solum fiat cursu verborum et nec sit sollempnizatum nec deliberatum et sic est veniale. Secundo modo dicitur periurium iuracio indiscreta sine dubio ut cum quis iurat de quo dubitat an sit verum. Et si hoc fit ex deliberacione et proposito sic est mortale et maxime quando est sollempnizatum. Si autem fiat incaute vel inconsulta levitate sic est veniale. Tercio modo dicitur periurium iuramenti transgressio. Aut ergo iuramentum est illicitum ut cum quis iurat non dare elemosinam et sic fit periurus ipso facto et peccat iurando sed non peccat contra veniendo quod secundum ysidorum In malis promissis rescinde fidem et in turpi voto muta decretum. Aut est licitum ut cum quis iurat quod nolit [illegible] ludere quod pro poculento vel esculento et sic semper mortaliter peccat quocienscumque ludit. Si autem quis iuravit dare elemosinam et ieiunare vel peregrinari tunc si transgreditur ex necessitate vel impotencia excusatur a periurio. Si autem ex voluntate periurus efficitur. ex. de iure iurando. Querelam. Quarto modo dicitur periurium iuramenti recepcio. Qui enim periurat et qui periurare compellit uterque periurus est ut xx q. v. c. i. Quamvis Rationis est. Qui enim aliquem ad iurandum compellit et scit eum falsum iurare vincit homicidam quia ille corpus occidit iste animam immo duas animas illius scilicet qui iurat falsum et suam

Periurium

ipsius qui recipit ut xxii. q. ii. ille etc. Qui exigit propter
secundum est sciendum quod ad hoc quod aliquis licite possit iurare vel licite
exigere aut recipere iuramentum Considerandum est quod exigens
iuramentum aut est persona publica ut potestas iudex et talis non
peccat quia tenetur ex ordine iuris recipere iuramentum sive sit verum sive
falsum Aut est persona privata et tunc aut exigit ad obligacionis confirma
cionem et hoc fit sine peccato Aut ad veritatis subversionem ut cum scit
eum falsum iurare et sic peccat mortaliter Aut ad dubitacionis remo
cionem ut quando pro re litigiosa iuratur et sic non peccat exigens iurame
ntum cum sit finis controversie ut scribitur hebre. vi. potest etiam quis in
nocenciam suam purgare iuramento et in hoc casu sibi debet cre
di nisi contrarium possit probari et evinci Ad hoc ergo quod aliquis possit
sine peccato iurare vel iuramentum recipere tria requiruntur primo
veritas ex parte consciencie secundo iudicium id est discrecio seu deliberacio ex parte
racionis Tercio iusticia ex parte rei iurande id est quod illud quod iuratur
sit iustum et licitum et pro istis tribus secundum Ieronimum dicuntur comites iuramen
ti quia debent concomitari quodlibet licitum iuramentum prout hic notatur
xxii. q. ii. Advertendum propter tercium est sciendum quod quilibet
merito a periurio debet retrahi propter tria mala que ex periurio in
currimus Et similiter propter tria bona que ex periurio amittimus
Nam primum malum quod ex periurio incurrimus est penitencie austeritas quia
secundum canones pro periurio manifesto et sollempnizato debet iniungi penitencia
septennis Secundum malum est reatus immanitas quia secundum hostiensem hoc
crimen in pena comparatur homicidio voluntario Immo secundum Augustinum
Qui cogit alium periurare duplici racione superius dicta vincit homici
dam Tercium malum est fame irrecuperabilitas quia periurus infamis
efficitur nec postea quantumcumque peniteat in testimonium admit
titur Ex. de test. Sicut Sunt etiam tria bona que ex periurio perdi
mus Amor namque veritatis tria bona in homine operatur quibus ex periurio
totaliter denudamur primum bonum quod amor et conservacio veritatis
hominem a peccati servitute liberat Unde scribitur Io. Si veritas
vos liberaverit vere liberi eritis Secundum bonum quia ipsum omnibus
donis et virtutibus fecundat Ecc. 24. penetrabo inferiores
partes terre et illuminabo omnes sperantes in domino Tercium est
quod hominem de adepcione beatitudinis assecurat Unde scribitur
Sapie. vi. Concupiscencia id est amor sapiencie perducit ad regnum perpetuum
Sed hic notabiliter est sciendum quod ex illo verbo quod Christus dicit Ego
dico vobis non iurare omnino quidam simplices sumpserunt

occasione erroris sic intelligentes quod xpc inhibuerit omne iuramentum
tamquam omnino illicitum et hoc multi heretici senciunt et senserunt
sed hoc non est verum quod xpc in hoc verbo non prohibet simpliciter iurare sed
solum quod sine causa legitima et necessaria non sit iurandum et hoc propter
periurii periculum evitandum. Secundo hoc exponitur de transgressione voti
sub hoc sensu Non assumes nomen dei tui in vanum. votum scilicet tuum deo
factum transgrediendo. Cuius hugo de sacramentis lib. ii. parte xii c.
viii votum est testificacio quedam promissionis spontanee que ad solum
deum et ad ea que dei sunt referuntur. Ex hiis patet quod transgressio
voti hoc precepto prohibetur. Unde ad maiorem huius evidenciam circa
votum sunt quatuor principaliter inquirenda. Primo inquirendum
est quid sit votum et que et quot requiruntur ad ipsum. Secundo utrum votum
licitum semper obliget ad servandum. Tercio utrum post votum simplex
possit quis contrahere matrimonium. Quarto inquiretur utrum melius
sit aliquid facere ex voto quam sine voto. Propter primum est sciendum
quod votum nichil aliud est quam spontanea promissio cum deliberacione vel
obligacione firmata. Ex quo patet quod ad votum tria requiruntur.
Primum est propositum voluntatis quod debet fieri ex animi libertate non
autem ex coacta necessitate. Ex quo patet quod si aliquis coactus
metu cadente in constantem ad aliquid vovendum non tenetur ex-
solvere. Secundum est deliberacio voluntatis quod si aliquis subito
bonum aliquod conceperit non obligatur ad servandum ex voti necessitate
sed solum ex quadam decencia et congruitate in quantum divinis
et bonis instinctibus non est resistendum. Tercium est quod votum
sit de re bona quod si fiat de re mala non obligat dicente ysidoro
In malis promissis rescinde fidem in turpi voto muta decretum
et ponitur xxii q. iiii. Propter secundum est sciendum quod votum licitum semper
obligat ad servandum si vovens sit sui iuris et eius transgre-
ssio est peccatum mortale exceptis quatuor casibus. Primus si
aliquis vovit sub condicione tunc enim non exstante condicione non tenetur
exsolvere votum puta si aliquis vovit ieiunium beate virgini
ut sanetur talis si non sanatur infra tempus prefixum non tenetur
ad solucionem voti. Secundus si accedit dispensacio eius qui potest
que tamen numquam debet fieri in voto nisi in eque bonum vel in melius
commutetur. Tercius casus quando potest votum prius in voto contineri

cie sollempnizato possit dispensare. Ad quod quidem videntur Io. Hug. o
hostien. et innocencius quod sit quod in omni voto sicut in omni iuramento
intelligitur excepta potestas pape et ideo hoc dicitur posse de plenitudine potestatis
et maxime si causa utilitatis regni vel provincie hoc exposcat. Sed
albertus in quarto sententiarum dicit quod votum continencie sollempnizatum
nullo modo ~~respicit~~ despensacionem quod hoc per nichil melius dignius vel
utilius poterit compensari cum non sit dignum ponderacio anime continen
tis ut scribitur prius. Unde iuxta sententiam maiorum doctorum papa
in voto continencie dispensare non potest. Nec valet illud quod di
de utilitate regni vel provincie quod secundum augustinum non sunt facienda
mala ut eveniant quaeque bona. Unde temporibus beati mathei effige
nia virgo deo dicata noluit nubere regi cum se tamen cum omni populo pro
mitteret fieri christianum. Nec matheus apostolus ad hoc consentire voluit
sed pro eo pocius mortem sustinuit et hanc oppinionem sine preiudicio
reputo veriorem. Tercius casus est si impotencia et impossibilitas
accedat. Nam quidquid votum fiendum impediret si prius esset hoc ipsum
superveniens voto facto obligacionem aufert. Unde si aliquid possibile
dum vovetur postea fiat impossibile tollitur obligacio quantum ad hoc
puta si aliquis dives vovit edificare ecclesiam et postea paupertate
superveniente perficere non possit non obligatur. Hoc tamen sic intel
ligendum quod si factus est omnino impotens absolutus est a toto. Si
autem sit impotens in parte ita quod totum perficere non possit tunc re
manet solum obligatus ad id quod potest et non ad illud. Quartus
casus est si vovens non sit sui iuris. Cum enim votum sit spontanea
promissio melioris boni cum deliberacione firmata ut visum est.
Patet quod solum ille vovere potest et ponere per ~~~~ votum suum
obligari qui sui iuris existit. Et ideo quicumque subest voluntati
aliene non potest aliquid vovere quod illud cui subest ad debitum sub
iectionis impediat. Unde servus qui subest domino non potest quidquam vovere
quod ipsum impediat a servicio domini. Vir eciam quod subest mulieri quantum
ad reddicionem debiti et e contrario non potest vovere continenciam
sine eius licencia. Nec eciam peregrinaciones longas excepto voto
terre sancte. Licet abstinenciam et similia vir possit vovere
sine licencia uxoris. Mulier vero quod viro subest in omnibus
ideo potest nichil vovere sine consensu viri nec eciam monachus

sine consensu prelati sui. Episcopus quia subest pape in hiis que ad capitulum pertinent
ideo non potest vovere peregrinaciones longas nec eciam religionem intrare
sine consensu pape. Abstinenciam autem et elemosinam et cetera huiusmodi
vovere potest per que non retrahitur ab administracione sibi commissa. Clericus
eciam secularis quia subest quo ad quantum ad beneficium ideo nichil vovere potest
quod ipsum abstrahat a servicio beneficij licet alia vovere possit in quibus
sui iuris existit. Filius eciam familias quia subest patri in hiis que ad regi-
men domus pertinet ideo circa talia nichil vovere potest sine patre
sed religionem et alia in quibus non subest patri bene vovere potest et
hec notant Raymundus et hostiensis. Sed cum mulier nichil vovere possit
sine consensu viri merito dubitatur utrum peccet emittendo aliquod
votum sine licencia mariti. Ad quod dicendum quod non nisi hoc faciat te-
meraria licet enim votum uxoris et omnium aliorum qui non sunt sui iuris
non sit firmum sine consensu eorum quibus subiciuntur non tamen peccant vovendo ab-
solute loquendo quia in eorum voto intelligitur debita condicio scilicet si suis superio-
ribus placeret vel si expresse non renitantur. Intelligibus enim sufficit tacitus
consensus secundum Innocencium. puta si superior sciat et non contradicit .xx. q.
ij. Si in quolibet. Sciendum tamen quod licet uxor non possit vovere aliquid
sine consensu viri si tamen facit non debet tamen contravenire auctoritate propria
sed vir eius potest irritare eciam si votum antequam matrimonium sit con-
tractum dummodo non fuerit adimpletum. Immo eciam quod plus est si mulier de
consensu viri voveat abstinenciam peregrinacionem vel huiusmodi et postea
vir ei execucionem prohibeat debet obedire viro et non peccat viro obe-
diendo licet vir peccet illud quod consenserat retractando vel eciam prohibendo
xxxiij q. v. Noluit. In hoc tamen casu distinguendum est quia aut dedit
licenciam in facie ecclesie et quasi in iudicio et tunc secundum Petrum non potest revo-
care aut dedit in privato et tunc ante usum licencie poterit revocare
puta si dedit licenciam de ingressu religionis sed postea non potest
Thomas eciam et Albertus dicunt. Quod si vir dedit licenciam expresse coniugi
de castitate vovenda non potest eam post votum emissum revocare sed intellige
quod non potest hoc sine peccato. Sed si vir solum dissimulet et post plenam deliberacionem
ne velit potest et mulier sibi tenetur in hoc obedire. Unus enim videtur
dicere Innocencius. Vir qui dat licenciam vovendi non propter hoc
impeditur exigere debitum nisi et ipse simul voveat. Illa tamen que vovit
impeditur ab exigendo sed non a reddendo. Sed forte dices numquid
vir non peccet irritando votum uxoris quod sine suo consensu emiserat

Dicendum quod non quod videtur iure suo sibi divinitus concesso et a canone
sibi indulto. Propter tercium verum scilicet post votum simplex quis possit matri
monium contrahere tria videnda sunt. Nam primo est ostendendum quod mor
taliter peccat qui post votum simplex continencie contrahit matrimonium
Tum quod facit contra preceptum divinum quo dicitur vovete et reddite Tum quod
in foro consciencie et apud deum secundum doctores tantum obligat votum simplex
quantum sollempne. Ex quo evidenter patet quam periculose quidam
consulunt et licenciant aliquas personas contrahere post votum simplex
emissum sive continencie. Qui peccant dupliciter primo quod suo consilio ad
peccatum infidelitatis impellunt. Nam transgressio voti sicut et
iuramenti videtur esse quedam abnegacio divine veritatis. Et
ideo post ydolatriam peccatum periurii et transgressio voti videtur
secundum locum tenere in gravitate delicti propter quod utrumque prohibetur
in secundo precepto quod immediate se habet ad primum. Secundo quod personam illam maxi
mo periculo exponunt cum secundum certiorem opinionem nunquam possit petere
debitum sine peccato. Tercio quod dignitatem angelicam homini adimunt. Quod patet
quod per continenciam homo puritati angelice conformatur immo quodammodo
dignitatem angelicam supergreditur. Cum enim secundum Ieronimum continenciam in carne
corruptibili servare est dignius et excellencius et maioris meriti
quam eam habere per naturam. Secundo videbitur cum ille qui post votum simplex
continencie postea iuravit se cum aliqua contrahere an plus debeat ser
vare votum vel iuramentum. Dicendum quod votum est magis servandum
ut patet extra. Qui clerici vel vo. c. Rursus. Ubi dicitur quod votum simplex
servandum est etiam si postea iuravit uxorem ducere et premeditatio iu
ramento preiudiciam agat. Licet hostiensis in casu contrario ut cum
prius iuravit uxorem ducere et postea votum continencie emittit
dicat magis servandum ~~votum quam~~ iuramentum quam votum. Tercio
videndum est an votum sit magis obligatorium quam iuramentum. Nam
obligacio voti causatur ex fidelitate quam deo debemus scilicet ut ei pro
missum servemus. Sed obligacio iuramenti causatur ex reverencia
quam deo debemus ex qua tenemur ut verificemus quod per nomen eius
promisimus. Set autem infidelitas est irreverencia et non econverso quod infide
litas videtur esse maxima irreverencia. Quare cum infidelitas
importat summam irreverenciam maior videtur esse obligacio voti quam
iuramenti si attendimus ad propriam racionem obligacionis utriusque.
Quod autem hostiensis dicit utrumque esse eiusdem firmitatis hoc
potest verificari quantum ad ydempnitatem obiecti quod utrumque

obligat ipi deo. Secundo quantum ad racionem obligandi maior videtur obligacio
voti ut dictum est. Propter quartum est sciendum quod multo melius
est facere aliquid ex voto quam sine voto quod patet ex tribus. Primo quia
vovere est actus latrie que est nobilior virtus. Constat autem quod actus
qui a potiori virtute elicitur est perfectior. Secundo quia secundum Anshelmum perfectius est dare
arborem cum fructu quam fructum tantum sine arbore. Sed constat quod bona volun
tas est quasi arbor fecunda. Actus autem continencie est quidam fructus bone
voluntatis. Cum igitur ille qui continet sine voto det solum fructum, qui autem
ex voto continet et ipsam bonam voluntatem cum omni fructu ex eo proveniente
deo perpetuo dedicaverit, patet quod multo melius est continere ex voto
quam sine voto. Nec valet si dicatur quod continens sine voto libere continet,
qui autem ex voto continet ex necessitate. Melius autem videtur aliquid fieri ex
libertate quam ex necessitate. Ad hoc inducit Anshelmus in libro Cur deus homo:
Quod felix est necessitas que ad meliora compellit. Constat autem quod
necessitas que in nascitur ex voto procedit ex libera voluntate, quia homo
spontanee se deo per votum obligat. Tercio hoc idem patet quia per votum
voluntas immobiliter firmatur in bono. Facere autem ex voluntate
magis firmata ad bonum hoc est perfectius quia pertinet ad perfectionem virtutis,
ut patet in ethicorum. Tercio exponit hoc de transgressione verbi
maledici sic: Non assumes nomen domini dei tui in vanum in verbo scilicet
maledicto. Et sic contingit peccare quattuor modis. Primo: Non maledi
ces deo sicut lusores faciunt cum non prosperantur in ludo taxillorum,
qui culpam dyabolicam retorquent in divinam innocenciam et
deo maledicunt, quod horribile est audire. Horum lusorum principes
sunt qui talibus conventibus hospicium concedunt, vel qui vestimenta
eorum delusa dividunt et qui cum ipsis familiariter bibunt vel ab
eis sorte luminis recipiunt. Secundo: Non maledices alicui sancto et
specialiter beate virgini, prout faciunt iudei blasphemi. Omnes enim tales
non possunt absolvi nisi ab episcopo et eius penitenciario, et maxima debet
eis penitencia imponi, prout dicitur extra de maledicis, Statuimus, ubi plura de
hoc invenies in textu et in glosa. Tercio non maledices dei verbo
ipsum scilicet subsannando seu et predicatorem impediendo, sicut faciunt
qui verba predicatoris derident vel ad ipsum impediendum clamores
risus vel alias triumphas excercent. Quarto non maledices di
vine voluntati, ut faciunt illi qui maledicunt aure pluviali
vel eorum infirmitati seu et verum predicationi propter quam multi

maledicunt deo vel ē sibi ipsis Exemplū de clerico p quattuor annos in
firmato deus tu accepisti corpus et ego accipiam tibi animam dyabo
le veni et accipias in animā q̄ diuino iudicio statim factū fuit
Notandū tñ q̄ maledictio cū q̄ pcedit ex voto vlcionis et odio per
sonis et hoc phibet̄ q̄ est pccm mortale Cū q̄ ē pcedit ex amo
re iusticie et hoc ccedit̄ nec est pccm Cū ē sci ea vsi sunt Quod
patz xxiiij q iij Cū sci Insup est sciendū quod illud pceptū a
malis xpianis tpli violatur videl; corde ore et ope Corde quidē
sicut mali xpiani qui solo noīe xpiani vocant̄ rem aūt et veritatē
nominis abnegantes qui licet sacrm̄ baptismi receperint rem tñ
sacramenti i grām om̄ant Ore videlicz mala inuocacōe vel transgres
sione verbi dei derisione pdicacōe que fit vana intencōe et indeuo
ta orōne de quo dr̄ in ysaia ppls hic me labiis honorat cor aūt
eorū longa est a me Ope vero sicut ypocrite qui nomen dñi in
vanū assumunt in simulacōe opis exterioris et nō impleōne
cordis hii namq; id in vanū recipiunt q̄ vanā glām expetentes
iam mercedē suā receperunt Ex premissis igr̄ diligenter conside
ranti patere pt̄ qualiter quis de isto pcepto debeat ɔfiteri
Tercium pceptum est ---- Tercium preceptum ----
Memento vt diē sabbi sc̄ifices hoc pceptū respc̄ spiritum sci bonitatē
sicut p̄m ad filii veritatē et pmū ad pris potestatē docet enī hoīem
passionē deuocionis hoc die totalit̄ inde quiescere vt q̄ si hō
aliqua in moribus vel in bonis opibus p totam septimanā neglexerit
hoc recuperet isto die Vnde attendenciam huius pcepti pmo
querit̄ quare fuerit hoī datū Ad q̄ dicendū q̄ huius pcepti tplex
est ro litalis pma fuit diuini cultus vacacio vt isto die homo
simplr̄ deuocioni studeret et q̄cq̄ boni alio tempe neglexerat
hoc isto die potissime restauraret Scda fuit auaricie restrictō
vn̄ nō tm̄ ab opibus mechanicis sed ē a mercatis isto die abstinere
debemus Tercia fuit diuine omni potencie maior recordacio Quia
sicut deus requieuit die septimo ab omnibus rebus quas fece
rat in ob̄m hoīs ita homo debet requiescere ab omni opacōe exte
riori vt vacet diuine laudi deo s. grās referendo pro creacio
nis bñficio q̄ deus omnia in sui obsequiū et subsidiū pduxit
Est ē huius pcepti tplex rō mystica pma est allegorica quia
sabbm significat requiē corporis xpi in sepulchro q̄ ē consola